vel B N P C

Quam patitur chorda ... esse duplam potentiae ... seu esse aequalem simul potentiis ponderum B et C

uni soli ponderi A ... aut C considerari potest ... totum aequalem ... alterutrum ... impedire motum ... chordae vicem subeat, nec aliud praestat, quam ... tensio ... inter duo ... quod ad tensionem necesse est. quod si ... muri resistentis ... pondera B et C ... eadem ... casum quo ... duobus pondera aequalia simul eidem Tendibili immediate appenduntur, unde sequeretur tunc tensionem non tantum duplam aut magis adhuc multiplam sed triplam, quadruplam vel esse, ... nullam potentiam quam unum pondus exercet, adeoque nullius esse certae proportionis determinatae quod absurdum foret.* Casus autem plurium duobus ponderum simul appensorum ob ... obtineri potest, ope fluidi tendibilis, quod etsi fortasse non detur apud nos, fingi tamen potest, et talem esse aerem sibi fingunt illi, qui ejus pressionem et elastrum ... non admittentes, putant Mercurium in Tubo Torricelliano suspendi ab aere incluso rarefacto, velut a funiculo: quod quamvis falsum sit, servit tamen haec fictio non impossibilis declarandae ratiocinationi nostrae. Fingamus ergo vas A, firmum ... accurate clausum, fluido tendibili plenum, habens tres vel plures exitus tubiformes aequales 1.2, 3.4, 5.6; quos accurate impleant emboli 7.8, 9.10, 11.12 etc. ita perfecte tornati ut sine ullo obstaculo intra tubos salva obturatione moveantur. Hi emboli trahantur a ponderibus B, C, D inter se aequalibus, donec fluidum tendibile vasi A inclusum ... tensionis vel dilatationis gradum perveniat, quem pondera vincere non possint, atque ita suspensa maneant et aequilibrentur inter se, quam cum fluidi vi tonica. Jam fingamus; omnia haec

(margin:) subiens ut alia ... praestet

(margin:) pondera potentiae quod apparet

(margin:) (pro arbitrio)

(margin:) * Nam ea ratione proportio dupla tensionis chordae ad unum ex ponderibus concludi posset, eo argumento et alia quaevis concludi potest, cum multiplicatis ponderibus tensio non augeatur, ut jam patebit

pondera sint C, descendente uno B, aggelascere suspendentibus seu sustentaculis E, F etc. patet non ideo mutari tensionem fluidi, et perinde ... et reliquis C et D subeuntibus esse, ac si unum pondus B, reliquis C et D vicem muri. Itaque si supra dici jure potuisset vim quam chorda a duobus ponderibus aequalibus tensa patitur, aequari potentiis amborum, sequetur etiam nunc vim quam fluidum tendibile patitur aequari potentiae ponderum appensorum quotcunque ... pond ... appensorum ponderum numerus ... Nihil enim refert quantus sit ... tubi vel emboli ... vel ... semper eadem erit tensio, unde sequeretur potentiis determinatis ... non esse ... absurdum. Dicendum est ergo semper tensionis vim esse, ex potentiis tendentibus pluribus inter se aequalibus, ... habere locum muri ... Idem est si pro fluido tendibili compressibile quale revera est aer, adhibeamus; et embolos non extrahi a ponderibus vel potentiis, sed introrsum agi ponamus. Erit enim compressionis potentia elastica aequalis uni potentiarum aequalium comprimentium. ... emboli extrahentis ... ex pondere aeris ambientis oriri ... modus explicandi tensiones per comparationem cum ponderibus, et leges Elasticas revocandi ad leges Staticas.



Caeterum ubi manifestum est pondera B, C, D, debere esse aequalia (nam si unum caeteris sit minus, reliqua descendent, sine tensione, et minus ascendet, toto tendibili loco moto) ita cogitandum superest quid fiat, quando tubi seu emboli sunt inaequales et quidem eam in rem sufficit considerari pondera duo B, et C, ...